



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XV. Die Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XV. DIE MARTII.

P. GONSALVVS
SYLVERIA.

Lustranus
Monomotapæ.
15.
Mar. 1561.
ætat. 35.
Martij.

Ilustrissimis ortus natalibus, tertio antequam natus est die, vagire in utero auditus est à matre. Vino sæper abstulit. In tyrocinio vt se deformem redderet supercilia rasit. Sæpè ferreo cinctus cilicio humi, saxo pro cervicali vsus, decubuit. Cibarij panis frusto contentus pro prandio, sæpius in die dicebat ad populum. Mabatano in oppido multos baptizauit: & ex vero prædixit, ibi nunquam defore Christi cultum. In vico Bamba, agrum Casrem baptismo expiauit, & simul repente sanauit. Disertè prædixit; se in odium fidei suspendendum; corpus abijciendum in aquas; hoc indicabant Vlyssiponæ illius manus cruore rubere visæ cum inter sacrificandum, pro more, calicem eleuaret. Monomotapam 26. Decembris ingressus, postea ad Regem (qui *auri Imperator* dicitur) admittus, admirationi fuit, quod oblata sibi dona, quæ alij admirantur & optant, non admitteret. Elegantem Dei-Matris imaginem Regi donauit; cui suæ imagini simillima Beatissima Virgo Regi se coram per quinque noctes spectabilem stitit, illum sæpius allocuta: sed Rex illam à se non intelligi questus coram Sylveria, didicit ab eodem: caeleste esse illud loquentis Virginis idioma, nec intelligi nisi à baptismo Instratis. Et verò Sylveria Regem ac Matrem id flagitantes, priusque instructos, sacro fonte expiauit. Sed Regis à suis sectæ suæ timentibus decepti iussu strangulatus est. Reperit in occisi cadauere cilicium ferreum; quod illi magicum quodpiam

instrumentum sunt arbitrati. Tum fune raptatum in Motetem amnem abiecerunt. Aiunt, crocodilos in aqua illa ferociam ab eo tempore posuisse, nec vlli noxios fuisse, lucem quoque visam aquæ illi in aëre imminere. Morti addicebantur, fidei odio, quotquot à Sylveria Baptismum susceperant: sed Rex tranquillatus, & condocfactus, doluit patratam cædem Sylveria innocentis, ac duos eius necis autores capitali sententiâ damnauit: alij quoque variè interière. Hæc eius mors. Vita verò fuit mera oratio, & sui afflictatio. Vlyssiponæ inter orandum aliquando sublimis in aëre pendere conspectus est. Intra diei spacium semel ac iterum, aliquando tertio, confitebatur. Quolibet festo Deiparæ, Aue MARIA millies reperebat, genu submitto sub initium salutationis. Perpetuus illi thorax cilinus, ferro quoque aculeis horrido aliquando adiecto. A flagris quotidianis toto dorso vnum propè vlcus fuit. Virgis (rotas vocant) se cadebat ita vt ictus vnicus sanguinem eliceret. Oleo quopiam perunctum dorsum postea idcirco persanabat, vt idoneum fieret iterum nouæ salutis; quamuis partes etiam alias cruentaret. Breuis, & valdè incommodo somno, crasso & sæpè amaro cibo utebatur. Dormiebat sedens erectus cum vicina ad caput tabulâ; quæ ab annuente dormientis capite contacta strepitum ciebat, somnumque fugabat. Saniem è putrido famuli crure collectam, cum se horrere aduerteret, rotam exhaustit, exemplo S. Catharin. Senensis, atque S. Xauerij. Cum Prouincia esset Præpositus, per viginti dies, non nisi semel quotidie, idque pane tantum, & aquâ soluit ieiunium;

Oratio.

Conf. quotid.
B.V.
festa.

Martij.

Somnus.

Aegrit.

Ieiunium.

Humilitas.

vt Deus Præposito Generali mentem inderet, illum ab eo munere liberandi. In Missionibus peragrabat itinera primum laceris calceis vsus, deinde nudipes ac mendicus. Ad collum vsque vadum ingressus, per aquas ibat, sacrificiali apparatu manu in sarcina in altum elato. Iangamæ poma immatura, eoque acerba, repente in manibus eius matura suauitatem mirabilem in diebant. Plus quàm sexaginta annis post eius mortem candidum eius cadaver aues vario colore spectabiles, choris velut alternis custodire conspectæ; cantu quoque suauissimo accinentes, alijsque aliæ ad eas excubias succedentes. Senex piscator aiebat tigrides quoque ac feras alias corpus illud (quod trunco alligatum, veste nigrâ, pileo clericali insigne ex aquis in ripam eiectum erat) in dorso sustulisse, atque in sylua deposuisse, custodiaque seplisse. Quinque aquilæ etiam ibidem visæ viciæ corpori, securæ à feris, quæ magna erga illud cadaver signa reuerentiæ edebant. quæ omnia refert Barbuta Proregis Secretarius accepta à testibus oculatis.

Aquila.

P. LVDOVICVS CONSALVUS DE CAMERA.

Lusitanie
Vlyssiponz.
25 Mar. 1571.

Morbi.

Hic S. P. Ignatius vitæ suæ primordia dictavit, id impensè vrgenti, sibi que percaro. Sebastiano Lusitanie Regi quàm fuerit in pretio, Regis dolor in eius morte, publicâ contestatus significatione ostendit. Oculis propè orbatus, longa patientiâ inlytus optauit mortem productis cruciatibus molestam, vt sentiret se mori. Nihil propè in illo maius quàm admirabilis inter aulæ blandientis fauores erga Deum religio, seuera sui custodia, pius, & circumspectus in Re-

gem amor, atque fidelitas, erga pauperes demissio, mens nullis aulæ fucis inobscurata. De hoc (nam alia de illo qui voluit in Hist. Societatis reperire) in Romano S. P. Ignatii cubiculo tabella vna pendens in hunc modum habet: *Hic S. P. Ignatius precationibus intentus à P. Ludouico Gonsaluo seplissimè beatâ quadam luce circumfusus conspectus est.*

S. P. Ignat.

P. DIDACVS RVIZ.

IN summa huius viri eruditione atque ingenio non minus eluxit studium, se ad infima quæq; domus officio frequenter exercenda demittendi. Diebus quibus à scholis vacabat, laxamenti loco, ipse orandi spatia extēdebat: quot mensibus diem solidum seponebat, quo se introspiceret, seque ad æternitatem nullo alio admissio negotio totus componeret. Vt pietatem, mortificationemque doctrinæ coniungeret, ac veluti Deum docentem discipulus reuerenter audiret flexis humi genibus studebat; & Sacramento pœnitentiæ conscientiam quotidie expiabat. Nunquam per omnem vitam notatus est aliquid temporis inutiliter perdidisse, aut silentium violasse. Lata in illo, atque ad omnes status pertinens, profunda que vtriusque Theologiæ peritia. Vnde scripsit ea que Theologiæ lumen egregium attulere. Supremis quatuor annis dolores calculi acerbissimos læta patientiâ tolerauit. Mortem desiderans illud ingeminabat identidem: *O dies æternitatis! quando te video?* Flagitabat à socijs, vt ad mortem non secus iuuaretur ac in Xenodochio quisque miserimus.

Hispanie
Hispani. 11.
Mar. 1631.
ætat. 70.
Soc. 16.Conf. quilib.
Tempus.
Silentium.

Mortu

P. BER.

P. BERNARDINVS
CASTORIUS.

Italus Ro-
mæ 15. Mar.
16. 4. et 89.
Profess 4-
vorum
anno 50.

Magnus in egregia erga Deum si-
ducia vir, quando illo Lugdu-
nensis Prouinciæ Præposito anno 1594
Societas è pluribus Gallia Collegijs
in exilium pulsa est, quando illo Ve-
nera domus Prof. Præposito, anno

1606. inde Societas pedem extulit, non
nisi anno 1657. reditura. Felicior illi
fuit restio Romæ Germanici Vngari-
cique Collegij per ipsos 31. annos, ma-
gnâ cum dignitate, amore ac earum
nationum fructu. Temperantiæ vir-
tute planè eximius, & prudentiâ lon-
gis experimentis partâ dulcique cari-
tatis nectare conditâ, ita vt nec disci-
plinam laxaret, & tamen amaret, vi-
cissimque ab omnibus amaretur.

XVI. DIE MARTII.

P. IOANNES
CARRERA.

Hispanus
Compluti-
16. Mar. 1577
Soc. 6.

Magni homo corporis, virium-
que olim inter Complutenses
Academiæ iuuenes celebrata-
tarum, inquit in hist. huius anni Sa-
chinus numero 137. cuius verbis reli-
qua etiam adferibo. Cum Deo ausus,
dæmonique luctari maiore lucro,
quàm hunc vicerat, victus ab illo est.
Cum enim Deo ad suo vocanti castra
diu pertinaciter repugnaret, ad suos
aliquando reuersus (erat oriundus ex
oppido, cui nomen Val de Oliuas)
vidisse dæmonem dicitur per fene-
stram in cubiculum in quo erat, irru-
pisse monstrosâ specie, & horrendâ;
idque cum existimaret tempus suam
ostendendi, & animi, & virium ma-
gnitudinem, stricto ferro tam diu cum
larua certasse, donec abegerit; Verum
tantum quamuis victori relictum hor-
rorem, vt statim Complurum repetens
efferit Deo, & in gremium perfuge-
rit Societatis. Sex annos in ea vixit
apprimè solers, & utilis in regendis
pœnitentium animis, in opinione
præstantis virtutis. Quæ opinio anno
1570. non parum est aucta, cum ex-

tractum è sepulchro eius caput, Ma-
riæque Mendozae Collegij Complu-
tensis fundatrici concessum, dura
terra, quæ adhæserat detergitus, cere-
bro prorsus incolumi ac vegeto reper-
tum est. Res minimè dubia, aut obs-
cura fuit. Quippe extractum è cranio
cerebrum, & in patina expositum,
plurimi accurrere spectatum, ac præ-
cæteris Vallelius medendi arte nobi-
lis: qui pronunciauit sanè eam corpo-
ris partem, quæ vitari celerrimè con-
suevit, annis tredecim durare inte-
gram sine opinione miraculi nequi-
uisse, præsertim cum haud perindè
incolumes partes reliquæ perstitissent.
Celebrat & Orlandinus anno 1551.
à num. 51. quendam Ioannem Carre-
ram, qui semel auditam Stradæ Con-
cionem, totam ad verbum è fidei
memoria repetijt, quiq; Angelo suo
Custodi familiaris, ab eo manè ad
orandum excitabatur quotidie, illo
consultore vsus in dubijs vt amiceo. Is
postea in Florida, & Mexico vtiliter
laborauit, de quo 7. Ian. dixi.

Angulus
Custor.
Hanc sur-
gendum